

vbi quo anno mense et die et quibus presentibus et quid ibi faciebat testis predictus

Item si dicat se aliquid scire, petatur de causa scientie, et qualiter et quando dictus dominus Episcopus procuravit et fecit dictas falsas litteras fabricari et per quem ubi et quando Et si eas vidit petatur quando ubi et quibus presentibus, et sub quo tenore erant et si bullate cum filo canapis uel serici,

Item queratur vbi vsus fuit, silicet in qua diocesi et in quo loco lecti (!), et quibus presentibus et quid dictus testis faciebat ibi et quo anno mense et die,

Item queratur apud quos dictus dominus Episcopus est diffamatus de predictis et ad quorum instanciam et a quibus audiuit et si illi a quibus audiuit erant amici uel inimici dicti domini Episcopi et si ipsi litigabant directe uel indirecte cum dicto domino Episcopo, illi a quibus dictus testis dixit se predicta audiuisse,

Item super secundo et tercio articulo queratur ut supra,

Item super quarto articulo queratur ut supra et vltra predicta, quid est fama et quot homines faciunt famam, et apud quos est et erat vox et fama predictae,

Item queratur quando et per quem, et quo anno mense et die fuerunt remisse predictae littere et signetum, et quis portauit et cui fuerunt presentate ut supra,

Item super alijs sequentibus queratur ut supra et alias secundum discretionem et prouidentiam examinantis,

Item queratur ultra premissa, a quolibet teste. an sit clericus uel laicus et quid facit in curia, Si uero sit laicus queratur ut supra et alias quam artem facit in curia et quantum habet in bonis.

Om sigill och utanskrift se här ofvan under N. 3955.

4011.

1345 d. 24 Nov.

Österskammo.

NOTHOLM EGGARDSSON gifver sin hustru Cecilia Ingevaldsdotter 3 öreländ i Thomblesta, Ärla socken, 10 öreländ och 2 örtugland i Refsla, Husaby Byringe socken, Strengnäs stift, i morgongåfva, med vissa bestämningar i afseende på arfsrätt, nyttjande rätt och återlösningsrätt.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch. (Oxenstiernska saml.).

Omnibus presentes litteras inspecturis Notholmus ægarsson salutem in domino sempiternam Vniuersis pateat per presentes me vxori mee predilecte cecilie jngewalz dottør bona mea infra scripta. videlicet. in thomblestum pridium (!) III orarum situm in parochia erlæ jtem in refslæ pridia X orarum ac II solidorum in parochia husaby byringe sita in dyocesi strengenensi scilicet

cum omnibus suis pertinenciis cum domibus agris pratis siluis pascuis piscinis molendinis et molendinorum locis tam extra sepes quam intra necnon cum omnibus aliis quibusuis nominibus nuncupentur,, dedisse in honoris donum et dotem que vulgarter dicitur morghingawa sub condicionibus infrascriptis prima est vt si filii vel filie ex nobis fuerint procreati eadem bona non de patrimonio sed de hereditate materna sunt censenda,, ita tamen quod coniuge mea decedente me vero viuo remanente,, predicta bona michi salua remaneant sine qualibet diuisione vel computacione predictis filiis vel filiabus facienda temporibus meis in mea ordinacione ac dispoicione (!) remansura me vero de hac luce sublato nostris liberis cedant perpetuo possidenda Item si ipsa me superstite decesserit predicta bona ad me totaliter reuertantur, si autem me mori contingat ipsa remanente predicta bona sibi cedant in vita sua sine qualibet resolucione remansura,, ea vero decedente liberum sit filiis et filiabus meis ex priore coniuge mea genitis prefata bona redimere infra vnus anni spacium pro centum marchis puri po[n]deris stocholmensis si autem infra predictum tempus bona redempta non fuerint memorata, omnes ad quos bona illa possent provenire siue successione hereditaria siue in testamento siue ab intestato vel quoquomodo alias,, predictorum bonorum penitus sit resolucio i[n]terdicta,, Vt autem super predictis condicionibus et dote tam rite et racionabiliter data aliquod dubium vel impedimentum in posterum orriri (!) non valeat nec debeat,, secundum leges paternas sudirmannie isti fuerunt widirwaru mænn Dominus vlpho hakonsson miles dominus olauus plebanus de lundum,, isti qui sequuntur fuerunt fasta primo laurencius Eringislason iohannes saxason birgerus holmgerson iohannes jonsson laurencius jonsson holmstanus de osby iohaunes pætarsson rangwaldus olaffson svno hakonsson rangwaldus karlson carolus rwt gudmundus klemisson In cuius rei testimonium siggilla nobilium virorum omnium hic prescriptorum vna cum meo presentibus sunt appensa Datum anno domini M^o CCC^o XL^o quinto in curia mea østørskammo crarstino (!) beati clementis pape gloriosi.

Sigillen: N. 5, "S. Birg --- hongerss" (snebjergke); N. 9, Johan Peterssons (svin); N. 11, Sune Haquonssons (2 nedåt vända sparrar); N. 13, fragment; N. 15, "S. Notholmi" (spets från venster). De öfriga borta, remsorna kvar.

4012.

1345 d. 25 Nov.

PETER FORKUNDAESON säljer 5 örtugland i Lunda i Badelunda socken till Riddaren Nils Abjörnsson.

L. Sparres saml. afskr. i Sv. Riks Arch. Sign. J. 6. fol. 54. v.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Petrus Forknadæson [ø: Forkundæson], Salutem in domino sempiternam. Notum facio vniuersis, me Nobili